clesia domnini, et non[w] extollas oculos tuos. Dominus[x] enim[w] agnoscit[y] tuum cor, et omnes cogitationes tuas inspicit. Omnem malam concupiscentiam repelle a te, et non contristabunt te inimici tui. Psalle de corde puro[z], et non tantum[a] moveas[a] linguam in[b] ore tuo[b]. Insipiens[c] virgo amavit[d] argentum, prudens autem apponit[e] et panem suum. Sicut impetus ignis difficile conpescitur, sic anima virginis[f] vix sanabilis. Ne dederis animam[h] cogitationibus malis, ut non polluant tuum cor, et immundam[i] orationem longe facito[j] a te. Gravis tristitia et intolerabilis accidia[l], lacrimę autem[m] a domino[m] validiores utroque[p].
Fames et sitis marcescere facit concupiscentias malas. Vigilia autem bona purificat sensum. Iram et animositatem malitiae[r] confundunt[m] munera.

Quae[s] detrahit occulte[t] sorori[u] suae[t], foris[v] stabit a thalamo sponsi, et clamabit ad ianuas eius et non[y] exaudietur[y].

Virginis inmisericordis extinguetur lampada,

in ecclesia Domini et ne iactes passim oculos tuos; Deus enim agnoscit cor tuum et omnes cogitationes tuas intuetur. Omnem malam concupiscentiam repelle a te, et non contristabunt te inimici tui. Psalle ex corde tuo et ne moveas tantum linguam in ore tuo. — Insipiens virgo amabit pecuniam; sapiens autem adiciet dare panem suum. — Sicut impetus ignis vix retentabilis est, sic anima virginis vulnerata difficile[g] sanatur. Non dederis animam tuam cogitationibus pessimis, ne polluant cor tuum et mundam orationem longe facient a te. — Corruens[k] tristitia et intolerabile taedium[n]; lacrimae autem ad[o] Dominum[o] fortiores sunt ambobus. Fames[q] et sitis macefaciunt concupiscentias malas; vigiliae autem bonae purificant mentem. – Iram et indignationem avertit dilectio; memoria autem malitiae avertit dona. — Quae detrahit sorori suae, vel facere aliquid praesumit occulte[w], abicietur de thalamo[x] et clamabit ad ianuas eius, et non erit qui exaudiat. Virginis inmisericordis extinguetur lampada[z]

---

w) ne *H.* x) etenim Dominus *H.* y) cognoscit *H.* z) tuo *H.* a) moveas tantum *H.* b–b) tuam *H.* c) Fatua *H.* d) diliget *H.* e) apponet *H.* f) *folgt* vulnerata *H.* g) dificile *S.* h) *folgt* tuam *H.* i) mundam *H.* j) faciant *H.* k) *Konjektur Wilmarts,* corabens *S.* l) *korr. aus* accedia *R.* m–m) ad Dominum *(*autem *fehlt) H.* n) tedium *S.* o) adn̄m̄ *S.* p) utrorumque *H, korr. aus* utromque *R.* q) famis *S.* r) avertit dilectio; memoria autem malitiae confundunt *H.* s) Qui *H.* t–t) sorori suae occulte *H.* u) *korr. aus* sororis *(?) R.* v) deforis *H.* w) oculte *S.* x) talamo *S.* y) non erit qui exaudiat eam *H.* z) lampadas *S.*